# Landesbibliothek Oldenburg

**Digitalisierung von Drucken**


## Nicolai Alardi, Pastoris Steinbeccensis, Bibliotheca Harmonico-Biblica

**Alard, Nicolaus**

**Hamburgi, MDCCXXV**


**VD18 10490701**


Caput VII. De Socinianis.


**urn:nbn:de:gbv:45:1-17504**



Visual Library

ceſſitatem eſſe multiplicatum, ſtatuit Cl. M. *Jo. Jac. Rambachius* Inſtitut. Hermen. S. L. III. C. III. §. V. *Sæpe enim*, inquit, *in illos indices ea relata videas, in quibus nullum prorſus pugnæ veſtigium apparet, uti etiam obſervavit Godofr. Hoffmannus in Judicio de dubiis Scripturæ* Sect. I. Cap. II. pag. 14. Lege de noſtro *Wittenii* Memor. Theol. Dec. X. p. 1406. & *Meieri* Monumenta Julia p. 51. ſq.

## CAPUT VII.

### *De Socinianis.*

*Franciſci Cuperi* Conciliatio locorum utriusque fœderis, quæ contraria eſſe videntur, (in Arcanis Atheiſmi, Roterod. 1676. 4. editis, p. 143. & 283. ſeqq.) Ex avunculi ſui Dan. Brenii Schedis nonnullas ſatis ſcitas explicationes exhibuiſſe notat H. Morus, Tom. I. Opp. Philoſoph. pag. 596.

*Franciſci Stancari*, Itali, Mantuani, Prof. Hebr. Linguæ & Principis Transſylvaniæ Medici, explanatio Epiſtolæ D. Jacobi, & conciliationes quorundam locorum S. Scripturæ, ex Bullingeri commentariis excerptæ. Italice. Venet. 1547. Latine per Thadd. Dunum, Italum, in 8. Baſil. 1547. Le Long.

Pſalterium quintuplex in fol. Pariſ. 1509. 1513. Cadomi 1515.

*Rob. Allen*, Angli, Concordantiæ Proverbiorum Salomonis cum ſententiis libri Eccleſiaſtæ. Anglice 4. Londini 1612.

*Sixti Senenſis*, Itali, Dominicani, in quatuor Proverbiorum, Eccleſiaſtis, Sapientiæ & Eccleſiaſtici Volumina Sophias Monoteſſaron, hoc eſt, Sapientiæ unius ex quatuor liber I. Ipſe meminit lib. 4. Bibl. ſanctæ. Le Long. B. S.

*Nic. Toinard*, Galli, Harmonia libri utriusque Machabæorum, jam pridem typis edita, ſed nondum publici juris facta. Cardin. *Noriſius* de Epochis Syro-Macedonum. Diſſert. 2. Cap. I.

## CAPUT II.

### *De Conciliatoribus librorum Novi Teſtamenti.*

I. Harmoniæ Evangelicæ Scriptorum nunc erit præ aliis ratio habenda. Nullus equidem dubito, quin Iliadem poſt Homerum conſcribere videar, poſtquam Celeb. D. *Jo. Alb. Fabricius* Catalogum ejusmodi uberrimum Biblioth. Gr. lib. IV. Cap. V. 212. ſq. cum orbe erudito communicavit. Verum enim vero, cum liber hic eruditiſſimus non ſit in omnium manibus, neque tituli integri Harmoniarum Evangelicarum ſemper ſint adducti, neque Hiſtoria litteraria propter deliteſcentes ſubſequentesque Auctores unquam futura ſit omnibus numeris abſolu-



Landesbibliothek Oldenburg